Sit omnibus notum Quod Nos Gaspar guardia et Anthonius guardia eius filius parrochie Sancti Juliani de palaciolo diocesis barchinon

Gratis et ex certis nris sciencijs confitemur et recognoscimus vobis Sebastiane uxori mei dicti Anthonij guardia quondam manus Anthonij masferd

parrochie beate Marie de gallecs dicte barchinon dioc fratris vri Dedistis et soluistis nobis nre omnimode volutati realiter numerando omnes

illas quinquaginta libras barchinon therracium et socalia quas et que vos attulistis constituistis et apportastis nobis in dotem pro dote et noie

dotis vre vestrarum et mei dicti Anthonij guardia tempore nupciarum et de quibus vobis fecimus et firmauimus dotalicium instrm quod eum presenti

vobis Laudamus prout in Capitulis matrimonialibus inter nos factis et firmatis in posse ut asserimus discreti Anthonij amat auctoritate Regia not publici

die et anno in eis contentis continetur Et ideo Renunciando exceptioni pecunie predicte non numerate et rerum predictarum a vobis non

habitarum et non receptarum pro dote et nomine dotis vre et doli mali et actioni in factum et omni alij juri hijs obuianti facimus vobis de predictis

quinquaginta libris therracio et socalibus presentem apocam de soluto nec non bonum et perpetuum finem et pactum de ulterius aliquid

non petendo et de non agendo et conueniendo solempni stipulatione vallatum in manu et posse notarij infrascripti ut publice persone

pro vobis et pro alijs etiam personis omnibus quarum interest et intererit recipientis et paciscentis ac etiam legittime stipulantis et prout

melius dici et intelligi potest ad vrm vestrorumque saluamentum et bonum etiam intellectum Cancellantes nihilominus et cancellari mandantes

cum presenti debitorium instrm de dictis quinquaginta libris therracio et socalibus nobis in et cum dictis Capitulis matrimonialibus per dictum

Anthonium masferd fratrem vrm firmatum taliterque nobis nec nris prodesse nec vobis nec vris nec dicto fratri vro nec suis obesse valeat modo

aliquo seu nocere nec eidem in iudicio et extra fides valeat adhiberi immo viribus careat et effectu Volumus etiam et concedimus quod de huiusmodi

notafiant et fieri possint duo publica consimilia instra quorum vnum vobis pro vra tuytione et aliud dicto fratri vestro pro sui deliberatione

tradantur per notarium infrascriptum Actum est hoc in villa Granullariorum Signum Gasparis guardia qui hec laudo et firmo die quinta

mensis Decembris anno a natiuitate dni Millesimo quingentesimo vicesimo septimo presentibus testibus honorabili [illegible] pocurull baiulo termini

franquedarum vallen et Gaspare vidal sartore parrochie Sancti [illegible] et victorie de duobus riuis diocesis barchinon Signum Anthonij guar

dia predictorum qui hec laudo et firmo die secunda mensis Januarij anno a natiuitate dni millesimo quingentesimo vicesimo octauo presentibus

testibus discreto Jacobo Jouer clerico barchinon dioc et Anthonio folch parrochie Sancti Vincentij de medalia dioc vicensis.

Signum Alberti motaner habitatoris ville Granullariorum Auctoritate Regia per totum Cathalonie principa

tum et Comitatus Rossilionis et Ceritanie notarij publici Regentisque scribaniam publicam dicte ville pro

herede seu successore vener petri anthici mathei quondam notarij dni et tili dicte scribanie Qui hec scripsit

et clausit.